

PSALMVS XCII.

A

PSALMVS CANTICI AD DIEM SABBATHI.

Titulus hic, etiamsi nec de argumēto & materia Psalmi, nec de autore illius aliquid tradat: hoc tamē nobis indicat, cōpositum esse eum ad hoc, vt populo die sabbathi pracineretur. Voluit enim Prophe- ta mentes populi diebus sabbathorum alacriores reddere, & ad operum Dei considerationem non- nihil huiusmodi canticis excitare.

ARGVMENTVM HVIVS PSALMI.

Habet hic Psalmus d'ozozoziaq Dei, qua opera illius à populo fidelium laudantur ac celebrantur, praefer- tim ea, quibus impij quantumuis sublimes ac robusti deijciuntur ac perduntur, & iusti extolluntur ac virides redduntur,

Dispositio Psalmi.

Sunt autem tres illius partes. Prima vers. 1. 2. & 3. Psalmodie incunditatem qua nomen Dei canticis ac musi. is instrumentis celebratur, commendat. Altera vers. 4. 5. & 6. opera Dei extollit, ad hoc vt ratio- nem eius reddat, quare bonum sit celebrare Dominum, & psallere nomini eius &c. Tertia à versu 7. ad fi- nem vsque ea praecipue opera Dei celebrat, quibus impij perduntur; p̄ saluantur.

PRIMA PARS PSALMI.

VERS. I.



BONVM est celebrare Dominum, & psallere nomini tuo Altissime. 2. Annunciare manè bonitatem, tuam & fidem tuam nocte. 3. In decachordo & nablo, & higaion & cuthara.

LECTIO.

Vers. 1.

Bonum est celebrare Dominum. ] Ebr. בונם ליהוה ליל ויום. Græcus sic: ἀγαθὸν τὸ ἱξομολογεῖσθαι τῷ κυρίῳ τῷ λυθῶ: id est, Bonum est onstiteri Domino. Non est autem huius generis confessio aliud quid, quàm laudis confessionem Deo reddere: quod nihil est aliud, quàm celebrare Domi- num. Hieronymus quoque legit: Confiteri Domino.

Vers. 2.

Bonitatem tuam & fidem tuam. ] Ebr. סודך ואמונתך. Græc. suo more reddit: τὸ ἰδιός σε καὶ τὸ ἐλπίσθαι ἀπὸ: id est, Misericordiam tuam & veritatem tuam. Et Arabs legit cum Græco: In misericordia tua. Hieron. quoque sic legit: Misericordiam tuam: nisi quòd pro Veritatem tuam, legit Fidem tuam, Chaldæus reddit טובה: id est, Bonitatem tuam.

Vers. 3.

Et higaion. ] Sic Ebr. עלי חגירן. Græcus legit: μετ' ᾠδῆς: id est Cum cantico. Sic & Hieron. Chaldæus quoque עלי רינגת בינרי. id est, In cantico citharæ. Quoniam verò perinde posita est hæc dictio חגירן, quasi instrumenti vice sumatur, volui eam ipsam retinere, vt liberum sit lectori, eam vel de instru- mento aliquo musico, vel de cantico intelligere.

EXPLA- NATIO.

Vers. 1.

Hieronymus hoc loco sic di- cit: Bonū est confiteri Do- mino. Non hominib. sed, Deo illi con- fiteri peccata, qui sanare potest. Hæc ille.

Bonum est celebrare Dominum. ] Nihil obscuri habet hæc prima Psalmi pars. Canit bonum: id est, iu- cundum esse, Dominum celebrare, nominiq̄ eius psallere, ac bonitatem & fidem eius noctes ac dies etiam musicis instrumentis annunciare & extollere. Non est autem aliud psallere nomini Dei al- tissimi, ac bonitatem & fidem eius annunciare, quàm celebrare Dominum: nisi quòd hoc ipsum, quòd ini- tio Psalmi Dominum celebrare bonum esse dixit, sequentibus particulis nonnihil specificat, vt doceat quid sit celebrare Dominum, nempe psallere nomini eius, ac bonitatem & fidem eius annunciare. Non caret au- tem emphasi apostrophe illa, qua subiungit: Et psallere nomini tuo Altissime. Cœperat vel seipsum, vel alios ad laudem Dei excitare, dicens: Bonum est celebrare Dominum: & tamen confestim, velut sui obli- tus, personam, qua cœperat, mutat, & ad Deum ardenti cordis affectu rapitur: quæ mutationes per- sonarum omnium sunt suauissimæ. Pulchrè autem & epitheton illud Altissime, affectus huius ardo- rem exprimit.

Vers. 2.

Annunciare manè bonitatem tuam, & fidem tuam nocte. ] Non loquitur de simplici commemoratione & annunciatone bonitatis ac fidei Dei sed de tali, qua declaretur etiam alijs, ac significetur quanta sit Dei bonitas ac fides hunc enim sensum habet Ebræum verbum חגירן ל: id est, Significare, Notum facere. Bonitatis autem & fidei Dei commemoratione significat, non solum quid hoc sit præsentī Psalmo de Deo prædicaturus, sed & quid populus fidelium in Deo potissimum considerare, admi- rari, deprædicare & extollere debeat: nempe quòd sit benignus ac fidelis. Addit: Mane & nocte. Duæ sunt diei partes in Scripturis, vespera videlicet & mane. Genes. 1: Et factum est, inquit, vespere & mane dies vnus. vtrobipue solebant Israëlites Deo sacrificium laudis offerre. Hæc arbitror respice- re Prophetam, in eo quòd matutini ac nocturni temporis mentionem facit. Quamquam non relu- ctor, si quisquam diebus sabbathorum, etiam nocturnis temporibus populum Israëlīs Deo laudes cecinisse iudicat: secundum illud: Media nocte surgebam ad laudandum te, &c.

Vers. 3.

In decachordo. ] Varia fuisse musicorum instrumentorum genera apud Israëlīs populum, deinde solennem etiam illorum usum sub Dauide habitum, non hoc tantum loco, sed & alijs multis, præ- fertim 1. Paralip. 16. videtur. de quibus quia nihil certi ad nos vsque peruenit, non puto anxie dis- putandum à quoquam. Quæ sit autem efficacia musicorum instrumentorum ad mouendos mortali- um affectus, non solum præcæ Davidis & Elizei historię, sed & ipsa hodie quoque declarat expe- rientia. verum de hac aliàs dictum est.

1. Sam. 16.

2. Reg. 3.

OBS. 1.

Bonum est celeb rare Dominum. ] 1. Quoniam hic Psalmus sabbatho dicatus est, perspicuum relin- quitur, quod debuerit potissimum opus illius esse in populo Dei: nempe, celebrare Dominū, ac nomini eius psal-

EXPL... bonitatem... instrumentis... ab op... virtus... imo... ob... spiritale... quies ab... demum... sicut... illa... in... Observa... praefer... delectatio... habet, vt... apprim... ac cor... afflictu... Prophet... comp... ludere... celebrare... vt coc... inter eos... iucunditate... psallere... mane... Neutra... fidei Dei, q... post, qua... quasi vi... nobis Filio... quibus... diuina bonita... terra... demum... in Christo... nocte. ] N... vt... hinc confide... depre... opus suum... initium no... quæ festas co... fidei sensum, C... sunt omnia... vesperi sacri... domi... salutem... fidem & g... matutina... delectat. In decachordo. ] Non ponitur ille... Dei conu... instrument... nemum ad d... populus nullo ille... imò a... pruriginē, qu... & salta... hinc hinc